Ad Quodlibetariam

Quaestio medica matut. agit.da disputantibus In Scholis Medicorum die Jovis 3o Febru.

D. M. Roberto Le Lecq D. M. Moderatore sapientissimo.

An Semen à toto Corpore deciduum?

Homo omnium sublunarium dominus, et Vobero Corporis infirmissimus, sic ingenii dexteritate, aliis animantibus praepotens, duabus partibus Corpore, et anima constat. Haec illud fra ἐντελεχεῖας quandoque, munus obit, quandoque, Corpus non infirmat, tumque veluti extra Corporis Ergastulum Corporis, solitis divi-nitatis naturam redolet. dum Corpori unitur, sic illud informat, ut sit tota in qualibet, vel minima parte: omnium facultatum tam vitalium, quam naturalium, et animalium author: qualitatum Elementarium veluti necessario instrumento: in Cerebro actiones homini peculiarium et propriarum sedes praecipuas se prodit: in Jecore, et Corde functionum horum cum ceteris peculiaribus Communibus manifesta est.

Cerebrum sedes Regia, temperamento frigidum, multis patet velut ostiolis, per quas rerum quinque sensilium species ad phantasiam delatas, ibique depu-ratas pro obiecto intellectui ἡγεμονικῆς facultatis principio offeruntur. à Cerebro pendet origo nervorum tum motoriorum, tum sensoriorum: qui dispersi per universum Corpus spiritus animales influentes defendunt. In Corde ἀρχὴ καὶ ῥίζωμα ζωῆς caloris fonte, temperamento calido sicco, facultatis vitalis principio, spiritus vitalis fram elaboratum humidus in sinistro eius ventriculo per arterias tanquam Canales cunctis partibus vita fervam per diast-olen distribuit, siudque excrementis et fuliginibus per systolen se liberat. θυμοειδέος sive irascibilis insitas potes est Cor principium, pro cuiusque temporis vita variae edit actiones.

Hepar Calidum humidum subter diaphragma, et ~~abundantem~~ abdomen situm: naturalis altricisque facultatis officina. vitalis et animalis promptuarium. sanguificationis principium, radix venarum: sanguinem, spiritusque naturales in se confectos per venas in totum Corpus disseminat: naturam facultatibus vitali, et animali subministrat: cum omnibus sese partibus coredum habet, sidque non tantum nutritionis, sed etiam inventionis suggestio. His omnibus facultatibus insti-tutum, et munitum corpus, dostrum contrariorum, quibus constat, insitum dissidium: restitui provocat: hinc sit ut natura aeternitatis per successionem provida, quartam partem principem, testes in hoc condiderit, quorum defectu nulla omnino fit generatio.

~~Hepar Calidum Humidum~~ Hujus dispendii compendii, scilicet procreandi libidine, vir, foeminaque commoti summa Congressus aviditate feruntur, et extra se positi, et quasi Con-vulsi λαγνεύοντες et veluti vena racois deposito, in mediocs amplexus ruunt. vir quidem erecto pene ad absolutam generationem necessario, suspensaque beneficio cremasterum testiculis, semen sive genituram ex toto Corpore solidis, mollibus partibus, verboque corporis humido serentiam immittens et eiaculans in naturalis agrum: mulier excipiens tali conflictu lassanda potius, quam satianda. quas prolis avidior, quam vir, matrice in virginibus angust-issima, in praegnante capacissima, et densissima dotata, mavult, non ut naturae fram sui to perfectiorem (est enim perfectissima) voluptatis expl-issima, in se sentit, voluptatem non leviorem percipit, maxime si fuerit gravida, et viri semen -endas ergo ardentissime concupiscit, attritu pruritum in se sentit, voluptatem non leviorem percipit, maxime si fuerit gravida, et viri semen excipiat, congressus tempore semen in uterum emittit.

Semen solis testibus acceptam referens suam naturam, calidum, humidum, ultimi alimenti excrementum: animatum, omnium partium foetus opifex, Elementari et Coelesti calore praeditum, spumosum turgidulum, crassum, album, à solis testibus foecundum, eumque, suam ut serves, in vasis et intemerata rata et eius impetu effundendum. virili semine calor et humiditate matricis non minus foecundus existit, quam si quis in aquam ferventem frigidam effunderet. sola animalia sanguine praedita semen emittunt: praes caeteris hoc plurimo semine turget, quod dum naturalis legibus continetur est praestantissimus: sin de naturalis bonitate multum discedat, exitiosissimum est, pessimosque inducit affectus: decrepiti, infantis, lascivioris infoecundum: Ebrii, Elephantici, podagrici morbosum.

Ergo à toto Corpore semen deciduum.

Asserebat Parisiis Carolus Lemoyne Credonius dioecesis andegav. anno D. 1605.

D. Doct. disputaturi.

M. Dionysius Guerin. — M. Andreas le Gros — M. Nicolaus Talbot.

M. Jacobus Cattel. — M. Joannes le Renou. — M. Symon Pietre Prof. reg.

M. Joannes Riolan Pr. reg. — M. Petrus Pijart. — M. Joannes Duret Med. reg.

F.M.P. BIBLIOTHEQUE